



Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs

Garcia, Nicolaus

Coloniae Allobrogvm, 1618

§. 3. In qua portione, seu quantitate pensio sit reseruanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98538)

In qua portione eu quantitate pensio sit reservanda.

SUMMARI.

Pensio constituenda est in quantitate, & non in quota, n. 362. & ita observat Papa, & habet stylus curie, n. 363. & ita inferiores Papa non possunt causa reservare in quota, num. 364. quamvis in re communi inspecto probabile esse possit, n. 365.

Moderatam pensionem esse oportet, num. 366. alias ad debitam quantitatem est reducenda, n. 367. quod procedit in successore, secus in eo qui pensioni consentit, numer. 368.

In tali pensione per Papam imposita non potest fieri reductio per inferiorem, n. 369.

In quanta quantitate sit reservanda remissive, n. 370.

Non potest dari circa eam certa regula, n. 371.

In parochialibus non exceden. 100. ducatos non imponitur pensio, n. 372.

Isti 100. ducati intelliguntur, iuxta valorem ducatorum, in qualibet regione, licet clausula dummodo remaneant 100. ducati pro rectore soleat intelligi de ducatis de camera, n. 373.

Si pensio excedit 100. ducatos, pensio solet reservari pro quantitate excedenti, n. 374.

In pensione super parochiali solet apponi clausula dummodo remaneant centum ducati annuatim liberi pro rectore, numer. 375. quae aliquando non apponitur, numero 378.

Verbum libere importat, absque gravamine, & diminutione, n. 376.

Reprobatur consilium Navarri, 377.

Pensio non censetur imposita super incertis, & distributionibus, nisi expresse dicatur, n. 379. etiam si diceretur super redditibus, proventibus, iuribus, obventionibus, & emolumentis universis, n. 380. & ita in materia pensionis Dataria & cancellaria intelligit, licet Rota contra tenuerit, & licet alias dicta verba comprehendunt etiam distributiones, a n. 381. ad 387.

Intelligitur nisi aliunde constet per illa verba imponi super distributionibus, n. 388. aut nisi esset stylus in contrarium, n. 389.

Declarationes S. Cong. pro dicta doctrina, n. 390.

Pensio reservata super distributionibus potest transferri vigore privilegiorum, dantium facultatem transferendi pensiones reservatas super fructibus redditibus, & proventibus, n. 391. resolutio Rotae, n. 392.

In Episcopatibus non excedentibus mille ducatos, non solet pensio poni, n. 393. Si vero excedunt, imponitur pensio resignanti cum clausula dummodo mille remaneant pro Episcopo, n. 394.

In Episcopatibus Hispania solent reservari pensiones, usque ad tertiam partem, n. 395.

Clausula quae in eis ponitur, n. 396.

Clausula dummodo remaneant centum pro rectore, & mille pro Episcopo intelligitur de tempore gratiae, & reservationis non vero respectu annorum futurorum, sicut clausula dummodo medietatem fructuum non excedat, n. 397. 398.

Si antea tempore gratiae remanebant centum rectori, deducta pensione etiam si postea contingat aliquibus annis non remanere, non ideo erit diminuenda pensio, nu. 399.

Sed si post reservationem ita sunt diminuti fructus parochialis, ut rector non possit se sustentare, peti potest

reformatio illius, numer. 400.

Quae reformatio, seu reductio potest fieri per ordinarium, etiam si pensio esset reservata per Papam, nu. 401. nisi ad sit clausula, quod pensio annuarius reduci, seu minui non possit, n. 402.

Si computatis funeralibus, & in gressu remanet rectori, congrua non potest peti reductio, n. 403.

Non est superflua dicta clausula, dummodo remaneant centum, nam quantum narratur valorem parochialis ascendere ad talem summam, quod etiam deducta pensione remaneant centum pro verificatione sufficit probare de valore vel parum minus, n. 404. usque ad 408.

Non est etiam superflua, d. clausula, quia in resignationibus, valor narrari solet non per ascensum, sed per non excessum, ad cuius verificationem sufficit verificare non excessum, n. 409. & 410.

An si antea tempore reservationis non remaneant centum rectori, pensio in totum sit nulla, an reducenda, n. 411. cum segg. & resoluitur pensionem reservatam resignanti cum d. clausula seu dummodo tantam partem non excedat, si excedit esse nullam in totum, pensionem vero sic reservatam super ben. vacante per obitum vel alias esse reducendam.

Decisionem Rotae, n. 424. & 425.

Pensio pure, & absolute reservata quae est, surreptitia ob malam expressionem valoris beneficii, vel alias est nulla in totum, n. 427.

Pensio reservata dum narratur quod tantam partem non excedat, si excedit est in totum nulla, numer. 428. & 429.

Pensio imposita ultra potestatem imponentis est nulla in totum, quia est actus iurisdictionis, saltem voluntariae, & iurisdicito est individua, & si excedit vitatur in totum, n. 430. ex quo potest sustinere sententia Monachi in c. 3. de poenitentia & remiss. in 6. n. 2. & aliorum, n. 431.

Pensio ultra tertiam partem reservata a legato habet facultatem illam reservandi usque ad tertiam partem est nulla in totum, n. 432. quando constat voluisse eam concedere ultra tertiam, secus si solum res ipsa pensio excedebat, n. 433.

An stante quod pensio reservata resignanti cum d. clausula est nulla in totum ille possit reddere ad beneficii, & sit restituendum, numer. 434. cum segg. resoluitur assensione nisi quando beneficium resignatum debebat vacare per assensionem alterius vel resignans fuit in culpa.

AD secundum in qua t portiones seu quantitate sit reservanda pensio, dicendum est in primis pensionem constituendam esse in quantitate, puta centum aut quinquaginta ducatorum, & non in quota, puta dimidia, 3. aut 4. p. fructuum, quia esset scindere beneficium, quod est prohibitum c. maioribus de prebendis ita Io. And. & Anania, n. 3. in c. audiamus de collatione detegenda. Fel. in c. ad audientiam secundo de rescrip. num. 2. Caccia lupus de pensio. q. 6. Gigas q. 8. Rebuffus a pacificis possessoribus, n. 121. alias 104. Gabarrus de officio legati. l. 6. n. 11. Lamber. de iure Patro. l. p. 2. libri 9. 7. ar. 17. n. 5. Io. Nicol. De phinas de iure Patro. l. 1. n. 65. Cuchus in institutionibus parvis l. 2. c. 8. moderatam. & ibi additio, & communiter Doctores.

Quod etiam observat Papa & habet stylus curie, 393 qui solum cum Cardinalibus admittit reservationem fructuum ex causa resignationis, quo stante certa est t praedicta sententia, quod inferiores Papa non possunt reservare pensiones in quota fructuum, quamvis iure

iure communi inspecto satis probabilis sit sententia
 361 Corasij de benef. l. p. c. 4. num. 10. & 11. dicentis eam
 sententiam nulla ratione confirmari, quia verum non
 est ex constitutione quotæ diuidi beneficium, quod
 tunc proprie scinditur cum ex vno duo sunt d. c. ma-
 ioribus, & vacante de præbendis, & pensio non est
 beneficium, & morte pensionarij extinguitur vt d.
 est, & quia cum pensionis impositio non nisi ex cau-
 sa permittatur vt diximus nihil pugnat, si quidem
 scindere quoque beneficia ex causa licet, vt in d. cap.
 vacante, & d. c. vltima infra vltima p. c. 4.

366 Secundo dicendum est moderatam & pensionem ef-
 se oportere ita vt tantum remaneat rectori, vt com-
 mode valeat sustentari Abbas in c. conuenerunt de
 clericis non residentibus, Melius in d. ad audientiam,
 n. 2. Cacciaupus q. 7. Gigas q. 4. n. 1. & 5. n. 2. & n. 1. Re-
 buffius de pacificis possess. n. 134. alias 116. vt in praxi. de
 reservationibus num. 19. Corras d. cap. 4. n. 7. Ioan. N. i-
 col. Delphinus supra num. 71. & Cuchus dicto 5. mode-
 rata n.

367 Alias ad debitam quantitatem & reducenda est.
 Hiero. Paulus in pract. cancellarie in notabilibus. super
 pension. vers. pensio in moderata, Gigas q. 3. n. 4. Rebu-
 ffius in repet. c. extirpanda, §. qui vero 6. nota. c. 6. circa
 materiam pensionis vers. quantum ad septimum Corra.
 & Io. N. col. libi, & Gambardus d. lib. 6. a. n. 211. & 699. &
 702.

368 Quod tamen videtur, solum procedere in succes-
 sore beneficij, secus in eo & qui pensioni consensit,
 sibi enim præiudicauit consentiendo impositioni
 pensionis excessiue ad legem primam. §. vsque adeo.
 ff. de iurijs, & l. nemo 38. & 76. ff. de Regulis iuris &
 Reg. q. semel, & Regula sciendi lib. 6. Straphileus de literis
 iustis, tit. de commissione super reductione pensionis, n.
 3. & Mandos. de signatura gratia tit. de pensioni. vers. si
 aduertendum etiam est, & vide dicta infra a numero
 369 400.

Et in tali pensione per Papam & imposita non po-
 test fieri reductio, per ordinarium seu legatum, vel
 alium iudicem, nisi ex speciali rescripto Gambardus
 370 ibi. n. 708. circa quantitatem autem pensionis nempe
 in quanta & quantitate sit seruanda, vide Straphileum
 ibi n. 6. Gigant. d. q. 9. n. 2. Rebuffum. d. tit. de reservatio-
 ni. a. n. 13. Corra. d. c. 4. n. 8. Mandos. d. tit. de pensio. ex
 vers. si super parrochialis. & Flam. Paris. de resigna. benef.
 371 l. 6. q. 2. ex n. 21. & 29.

Ego tamen aduerto, circa & quantitate pension-
 nis non posse dari certam regulam in beneficiis non
 curatis, nam quamuis Flam. Paris. d. q. 2. num. 26. di-
 cat, quod in beneficiis simplicibus hodie de stylo da-
 tur regulariter vsque ad medietatem, prout aliquan-
 do fieri videmus, cum narratiua seu clausula: *Qua vt
 assensu dimidiam partem fructuum non excedat. Sen cum
 clausula: Dummodo dimidiam partem fructuum non ex-
 cedat.* Tamen sæpe etiam videmus dari etiam ultra
 medietatem, & constitui super certis, & incertis ne-
 372 pe pede Altari, ex causa resignationis, in parrochiali-
 bus autem si valor & non excedit centum ducatos, nõ
 imponitur pensio, iuxta decretum Concilij Tridentini
 sess. 24. de reformatione c. 13. & ita seruatur vt etiam ait
 373 Flam. d. q. 2. n. 21.

Qui centum ducati intelliguntur, inquit Zechus &
 in tractatu de republ. Ecclesiastica c. 28. de Parrocho n.
 4. & in tract. de benef. & pensio. c. 11. n. 6. iuxta valorem
 ducatorum in qualibet regione, vt congregatio sacra
 respondit, quod comprobatur ex Sarnen. in regula de
 valor q. 9. vers. sequitur in textu aut ducatos ad finem,
 & ex cons. Gigantis 158. de quo infra 5. p. c. 3. n. 151. licet

clausula, dummodo remaneant centum ducati pro
 rectore, de qua infra, soleat intelligi de ducatis de ca-
 mera, ex quo fructus narrantur in ducatis de camera,
 & illa clausula de ducatis similibus.

Si vero parrochiales fructus & excedunt valorem 374
 centum ducatorum, pensio regulariter solet reserua-
 ri resignanti, pro quantitate excedente d. summam
 Flam. Paris. supra n. 24.

Et in pensione quæ constituitur & super Parochia- 375
 li, solet apponi clausula dummodo remaneant cen-
 tum ducati annuatim liberi pro Rectore, quod ver-
 bum, & liberi, importat id est absque vilo grauamine, 376
 & diminutione Rota Dec. 298. p. 1. diuersorum. facit se-
 quens declaratio Congregationis super d. c. 13. Quæ-
 do Parocho reseruatur aliqua portio super fructibus Pa-
 rochie alteri reseruatis, libera debet esse ab omnibus o-
 neribus portio prædicta Parocho reseruata.

Vnde conuincitur consilium & Nauarri quintum de 377
 verborum signif. alias 46. de præbendis, quod sequitur
 Zechus d. n. 4.

Quæ tamen clausula dummodo remaneant cen- 378
 tum, & c. Aliquando enim & apponitur, quando pen-
 sio reseruatur super fructibus & incertis ac pede al-
 taris.

Sed non censetur pensio imposita & super incertis 379
 s. ac pede altaris, seu distributionibus, nisi expresse
 dicatur, & tunc resoluitur compositio ducat. pro du-
 cato, ad Mandos. d. n. de pensio. vers. pensiones. Etiam-
 si diceretur, super redditibus, & prouentibus, iuribus 380
 obuentionibus & emolumentis vniuersis, Eman. Ro-
 driguez questionum regularium tom. 3. q. 74. ar. 4. quæ-
 uis in vna Augustana præposituræ 13. Ianuarij 1559.
 & coram D. Radi. fuit resolutum quod Verba illa in- 381
 ribus & obuentionibus vniuersis posita in supplicatione
 pensionis comprehendunt omnes redditus cuiuscunque
 qualitatis sint. Abb. in cap. ad audientiam. primo de
 ecclef. ædificantis, n. 15. Balbus in cap. 1. num. 15. de ca-
 pitaneo qui curiam vendidit in feudis. neque est con-
 trarium quod aliter exprimentur fructus quoad impe-
 rationem, & aliter quoad reservationem, pensionis Sar-
 nen. de valore q. 8. n. 3. Moheda. Dec. 120. vt videmus
 in Canonicatibus, & c. & tradit Flam. Paris. d. l. 6. q. 2. n.
 33. & 34.

Est in vna Toletana pensionis coram D. Rubéis
 Anno 1565 quod: & Appellatione verborum, super red- 382
 ditibus, prouentibus, iuribus, & obuentionibus vniuer-
 sis, veniunt etiam quotidiana distributiones. Quod et-
 iam fuit dictum & in causa Toletana parrochialis de 383
 Maiarambroz. 29. Aprilis 1592. Coram D. Pena; & sic
 In Mandato ad resignandum, reseruata pensione super
 fructibus, redditibus, prouentibus iuribus & obuentioni-
 bus vniuersis, istorum verborum tam generalium
 appellatione, venire quotidianas distributiones, & in-
 certas, & c.

Sed quamuis Rota ita tenuerit, & verum sit d. & 384
 verba comprehendere omnes redditus cuiuscunque
 qualitatis sint, & sic etiam distributiones, & incertis,
 vt per Abbatem, & Baldum citatis in d. Augustana
 Boerium Dec. 224. n. 5. & 6. Io. Gutierrez. conf. 8. a. nu.
 4. & Mandos. conf. 15. n. 7. qui videntur sentire, quod
 verba quibuscunque aliis redditibus, distributiones
 quotidianas comprehendunt. Quamuis Ripa respon-
 so. l. 1. c. 5. n. 2. & Probus & ad Monachum in c. 1. de clē-
 ricis non residentibus in 6. num. 52. dicant, quod appel- 385
 latione fructuum & obuentionum, non continentur
 distributiones quotidianæ, & Nauarrus conf. 13. n. 1. de
 clericis non residentibus, quod sub verbis fructus, red-
 ditus, prouentus, iura, emolumenta, Canonicatus,
 E

STATUTA
de
Benef.

G VII
15.

non comprehenduntur annuaria & manualia
 386 missarum, & eleemosynarum, tamen in materia pen-
 sionis tunc potest per Papam referuari super distri-
 butionibus quotidianis, quæ deferuentibus dantur
 pro labore, quicquid dicat Gigas *conf. 144 seu respon-*
 387 *so 35 de pensio. Dataria, t. & Cancellaria per illa verba*
 non intelligit distributiones, & incerta, ut intellexi
 Romæ à quodam Notario Cancell. & constat, quia
 tunc non soluitur compositio ducati per ducatum, &
 ita quando vult imponere pensionem, etiam super
 distributionibus, post illa verba additur, nec non di-
 388 strictionibus quotidianis, nisi aliunde contrarium
 constet, ut quia imponeretur t. pensio super Cano-
 nicatu, cuius fructus narraretur in 24. tunc enim Papa
 censeretur illam imponere super illius distributio-
 nib. maxime Grossa iuxta subiecta materiā, maxime
 in canonicatibus Hispaniæ; aut nisi esset stylus in cō-
 389 trarium, quod non t. esset solitum fieri mentionem
 de distributionibus, ut de tempore Leonis 10. ait Achil-
 les *Decis. 8. de pensio. seu 420. & de tempore Cle-*
mentis 7. Cæsar de Grassis Dec. 116. 53. & 54. & 1.
parte diuersorum Decisione 330. & 331.

Et pro prædicta doctrina faciunt sequentes de-
 390 clarationes t. S. Congregationis Concilij. Tarra-
 conen. ne distributiones, quotidianæ deteriores fiant
 pensione grauari non possunt, *Nisi expressis verbis à*
summo Pontifice concedatur 2. super c. 3. sess. 21. de Re-
for. antequam ista detractio fiat, deducendæ prius sunt
 pensiones, & onera legitime imposita, quandiu illa
 durauerint, sed de nouo imposita non comprehendunt
 istam tertiam partem.

Pensio tamen referuata etiam super distributio-
 391 nibus t. quotidianis bene poterit transferri vigore
 privilegiorum tantum facultatem transferendi pen-
 siones referuatas super fructibus, redditibus, aut pro-
 uentibus Ecclesiasticis, maxime cum dictione vni-
 uersali, ut in vna Toletana pensionis 5. Nouembris
 392 1565. coram D. Rubens in qua fuit resolutum t. quod
Pensio referuata super fructibus, redditibus, & prouen-
tibus, iuribus, & obuentibus vniuersis, & distributio-
nibus quotidianis Canonicatus, continuo inseruientibus
residentibus, & interessentibus dari solitis, transferri po-
test vigore privilegiorum militum S. Petri, quibus priui-
legis datur facultas transferendi pensiones referuatas
super quibusvis prouentibus Ecclesiasticis quamuis non
dicunt super fructibus, qui lucrantur residendo, nec di-
tributionibus, quotidianis, quia quamuis in privilegiis fiat
stricta interpretatio, tamen à verbis privilegij non est re-
cedendum, ut per Iasonem in l. fin. n. 33. ff. de consti-
tutio. principum, verba sunt amplissima in casu isto, ibi
quascunque pensiones super quibusvis prouentibus Ec-
clesiasticis secundo fundatur in extraneam. prima de
decimis vers. & quia non occurrit nobis, cuius ratio est
generalis, & vniuersalis, licet dispositio fortitan esset parti-
cularis. Non obstant allegata in contrarium, quia est cō-
siderandum, quod aut loquimur de prouentibus Eccle-
sasticis respectu beneficij, ut in capite, licet de praben-
dis in capite, olim de verborum significatione, &
in isto casu procedunt allegata in contrarium, tunc enim
non veniunt distributiones quotidiana, quæ non sunt pro-
uentus Ecclesiastici istius vel illius beneficij, quia sequi-
mur ex labore, & interessentia in diuinis, ut in c. 1. de
clericis non residen. in 6. aut loquimur simpliciter de
prouentibus Ecclesiasticis, & tunc veniunt distributiones
quotidiana, quæ queruntur ex re Ecclesiastica: à fortiori
igitur hoc est dicendum in isto privilegio in quo sunt illa
verba in quibusvis prouentibus.

Similiter in Episcopatibus quorum fructus t. non

excedunt valorem mille ducatorum, non solet pen-
 sio imponi ex decreto Concilij *d. c. 13.* quod est in vi-
 ridi obseruantia, ut refertur *Flam. Paris. dict. quest. 2.*
num. 34. si vero excedunt dictam summam t. impo-
 394 nitur pensio resignanti super fructibus mensæ, & ap-
 ponitur clausula, dummodo mille remaneant pro E-
 piscopo.

Sed in Episcopatibus Hispaniæ, qui sunt opulenti,
 t. solent ad instantiam Regis imponi pensiones vsq;
 ad tertiam partem, *Flam. Paris. supra nu. 39.* dicendo
 sic, & c. *Quorum, t. tertiam partem omnes pensiones hu-*
 395 *iusmodi seu tam antiquæ quam modernæ pensiones hu-*
iusmodi in simul ut accepimus non excedunt. Et cū de-
 rogatione expressa Lateranen. Concilij nouissimi,
 pensiones annuas super fructibus mēsarum Episco-
 palium nisi excessionis aut alia probabili causa refer-
 uari prohibentis.

In quo se offert dubium, de quo tempore debeat
 intelligi d. clausula t. dummodo remaneant centum
 pro Rectore, & mille pro Episcopo, an de tempore
 397 gratiæ, & reservationis, an vero etiam respectu an-
 norum futurorum?

In quo breuiter dico, debere t. intelligi de tempo-
 re gratiæ, & reservationis tantum, sicut clausula dū-
 modo medietatem fructuum non excedat, ut in Mo-
 nopolitana pensionis *infra adducta, num. 425.* & in
 Milucitana de quo *infra, num. 463.* & in terminis clau-
 sulæ in Oppiden. *infra adducta, numer. 474.* nam val-
 lor debet probari de tempore gratiæ *Felin. in cap. ad*
aures, numer. 17 secunda limitatione de rescrip. Sarnen.
regula de V. alore q. final. Caputaquen. Decis. 330. p. 3. &
Cæsar de Grassis Dec. 97. num. 3. Sa. uult. Tiberius in pra-
ctica auditores camera l. 3. c. 1. num. 11. facit Deci. 1160.
num. 9. lib. 3. p. 3. diuersorum, & facit. quod illa est con-
 ditio, quam Papa ponit gratiæ pensionis certæ qua-
 titatis, quæ non debet esse in suspensio, nec variari se-
 cundum annos futuros, & *ita videtur tenere Nauar.*
conf. 13. de rescrip.

Vnde si attentò tempore gratiæ deducta pensio-
 ne t. remanebant centum liberi pro Rectore, etiam
 399 si postea contingat aliquibus annis non remanere,
 d. centum Rectori non ideo erit diminuenda pen-
 sio, nec poterit Rector opponere pensionario quod
 relinquat ei centum ducatos ex fructibus Parochia-
 lis, quamuis communiter contrarium existimetur in
 his partibus.

Si tamen post reservationem pensionis ita sunt t.
 400 diminuti fructus Parochialis ut Rector non possit se,
 & onera incumbencia sustentare soluendo pensio-
 nem, tunc peti potest illam reformari, & reduci ad
 conuenientem quantitatem, *Romanus consil. 369. ubi*
Hora. Mandos. littera I. Staphileus de literis iustitia tit.
de commissione super reductione pensionis à nu. 7. Gigas
de pensioni q. 5. nu. 4. & q. 35. n. 5. & consil. 147. seu respon-
se 38. de pensio. Rebuffus de pacificis possessio. num. 134. &
141. alias 116 & 123. Gambardus l. 6. à n. 699. Mandos.
d. tit. de personibus, vers. pensio, quod annullari, & ver-
siculo ego clausula, Fla. Paris. lib. 6. q. 2. n. 143. & Flores
questione 14.

Quæ reformatio seu redutio videtur posse fieri
 per ordinarium t. sine speciali rescripto, & commis-
 401 sione Papæ, etiam si pensio esset referuata per Pa-
 pam, quia reservatio videtur intelligenda rebus sic
 stantibus, ad *Decium cons. 335. Simon cons. 65. n. 4. Ti-*
raquellum in l. si vniquam de reuocand. donatio. in prin-
cipio à n. 166. seu 161. Io. Gutierrez de iuramento cōfir-
marorio, l. p. c. 71. n. 6. (& quod dictum est s. n. 369. est
 quando à principio fuit pensio excessiua referuata
 per

402 per Papam) nisi ad sit. Telsafula in supplicatione quod pensio annulari, reduci, seu minui non possit, nā tunc requiritur specialis commissio Papæ, quæ tamen solet dari præsertim successori *Staphil. ibi. & Gigas. d. conf. 147.*

403 Existimo vero, quod si computatis funeralibus & ingressu, remanet rectori congrua, non poterit petere reductionem, argumento constitutionis 46. Pij 5. super congrua vicariis assignanda, non obstante quod tempore reservationis debent centum remanere Rectori in fructibus Parochialis, nam turpius eicitur, &c.

404 Sed facit difficultatem t̄ quod si prædicta clausula dummodo remaneant centum pro Rectore, debet intelligi de tempore gratiæ, & reservationis tantum, illa videtur superflua posita in dataria, cum secundum valorem Parochialis narratum, qui debet verificari, ut infra dicemus, appareat deducta pensione remanere centum Rectori.

405 Responderi tamen potest t̄ quod quamvis narretur valorem Parochialis ascendere ad talem summam, quod etiam deducta pensione secundum eum remaneant centum pro Rectore, & is debeat plene probari, tamen pro verificatione sufficit probare. d. valorem vel parum minus, cum difficulter, possit certus valor assignari, ut fuit resolutum in vna Burgen.

406 pensionis. 4. Nouemb. 1585. coram D. t̄ Gipsio, in qua cum fuisset narratum fructus Canonici ascendere ad 450. ducatos de camera, & apparet ascendere tantum ad 438. nihilominus, ad effectum excusandi oratorem à surreptione, fuit dictum satis constare de veritate narratiæ, maxime quia modica, & non dolosa videbatur surreptio, quæ non retraxisset papam etiam quod sibi expressum fuisset &

407 propterea gratiam vitare non debebat, quamvis t̄ non sit faciendi sextæ partis deductio, quam Domini aliquando ad satisfaciendum regulæ de valore admittere solent, ut fuit dictum in causâ Burgen. 17 Junij eiusdem anni coram eodem, unde, cum non sit

408 nec esse punctualiter, t̄ & ad vnguē probare valorem narratum, non erit superflua. d. clausula dummodo remaneant centum liberi pro Rectore per quam declarat Papa velle remanere Rectori centum ducatos integros, & liberos, quamvis Nauarrus. d. conf. 13. de rescrip. n. 2. dicat, quod Modicus defectus non noceret.

409 Præterea in supplicationibus t̄ resignationum cū pensione valor narrari solet, non per ascensum affirmatur, sed per non excessum dicendo: *Cum fructus ducentorum ducatorum secundum communem estimationem valorem annuum non excedunt.* Et sic super pensione in resignatione reservata expediunt litteræ sine expressione valoris, cum d. clausula, quæ ita non est superflua, cum ad verificationem valoris sic narrati, sufficiat verificare non excessum, nec sit necesse ascensum probare *Felin. in d. capit. ad aures de rescrip. numer. 13. versic. considera. 1. Mandosi. regula. 22. q. 5. n. 2. & 3. Rota in lunen. sarcanen. pensionis de anno. 1593. de qua infra, numer. 65. & in Rabenaten. pensionis de anno. 1597. de qua j. n. 447. & in Aretina pensionis de anno. 1600. infra adducta, n. 466.*

410 Secundo se offert dubium, an, si t̄ attento tempore reservationis non remanent centum Rectori, pensio in totum sit nulla, an vero sit reducenda, & debeat pro ea parte qua remaneant centum Rectori.

411 Et videtur quod in totum sit nulla. i. nam deficienti conditione, totus actus corrumpit ad tradita per *Flā. Paris. de designa. benef. l. 1. q. 3. a. n. 27. & illa dictio dū-*

modo, importat conditionē, cum sit appositā in ipsa reservatione pensionis t̄ ut in Paduana pensionis. 413 28. Junij 1581. infra adducta. & in d. L. n. Sarcanen. de qua d. n. & confirmatur, nam illa cōditio t̄ appo- 414 nitur toti reservationi pensionis, & cōditio inducit formā, cuius defectus vitiat actum, in c. cum dilectis, n. 6. de rescrip. Rota Dec. 1. 1160. n. 3. l. 3. p. diuersorum.

Secundo quia aut fuit resolutum t̄ in vna Cæsarau- 415 gustana corā D. Grato cōstitutio pensionis ducatorū ducatorum si est nulla in vno obolo, tota corrumpit: *Rota Decisione 626. numer. 5. par. diuersorum.* t̄ Et in simili 416 li clausula, & conditione dummodo pensio medietatem non excedat, quod si excedit in totum sit nulla, tenet *Mandol. d. tu. de pensio. versic. clausula dummodo, & Flam. Paris. d. l. 6. q. 2. numer. 58. & citant Gigantem q. 9. nu. 3. & q. 35. n. 2.* & in terminis clausulæ, dummodo remaneant quinquaginta liberi, quod si non remanent deductis oneribus ordinariis pensio sit nulla, tenuit *Rota in vna Romana pensionis, de anno. 1576. Dec. 928. p. 1. diuersorum.*

In contrarium tamen facit quod illa clausula t̄ & 417 cōditio, dummodo remaneant centum, videtur intelligenda quatenus remaneant centum, id est pro parte qua remaneant centum pro Rectore, nam cum huiusmodi clausulæ, & conditiones possint apponi, vel ad annullandam reservationē vel ad illam limitandam, & modificandam, videtur hæc interpretatio capienda pro actus validitate, ad legē quocies. ff. de rebus dubiis, & de verborum obligationibus, adest enim consensus Papæ qui reservando maiorem pensionem multo magis videtur t̄ voluisse 418 reservare minorem, & ita in terminis videtur tenere *Nauarrus d. conf. 13. de rescrip. & in simili clausula, dummodo medietatē non excedat, Staphil. d. ti. de commissio. super reductione pensionis, n. 5. vbi ait quod pensio imposita, dummodo medietatem non excedat, esset reducenda, si medietatē excederet, & reformationi subiaceret, & Rota alias resoluit t̄ quod dato man- 419 dato ad consentiendum reservationi pensionis 50. ducatorum, dummodo medietatē fructuum non excederet, illa reservata esset valida, quatenus medietatem fructuum non excederet illa reservata esset valida quatenus posset, id est, quatenus medietatem fructuum non excederet & ad eum modum esset reducenda, quo medietatem fructuum non excederet, ut in d. dec. 1161. Antony Augustini. l. tertio. p. 3. diuersorum.*

Et alias in vna Tiburtina pensionis t̄ fuit resolu- 420 tum, quod pensio assignata resignanti, quam medietatem fructuum non excedere afferebatur, debeatur saltem vsque ad medietatem fructuum, cum qua ille contendebatur, ut intelligantur. d. verba quæ medietatem fructuum non excedit, licet conditionalia, scilicet quatenus non excedat, id est pro ea p. quæ nō excedit medietatem, ad legem *fructuum qui meus erit, cum ibi notatis per Doctores de legat. 1. ut per Crescen. decis. 17. de rescrip. Flam. Paris. l. 1. q. 3. n. 81. & d. l. 6. q. 2. n. 144.*

Et in vna Hispalen. pensionis, in qua erat refer- 421 uata pensio. 24. ducatorum t̄ quæ tertiam partem fructuum non excedat, & tamen in eisdem literis in regressu ob non solutionem pensionis dicebatur, quod fructus portionis non excedebant. 50. ducatos, fuit responsum, quod ista non dicunt nullitatem sed reductionem, &c. *Vi per Puenm decisione. 34. lib. 1.*

In hoc dubio distinguendi sunt duo casus primus est pensionis t̄ reservatæ resignanti, qui resi- 422

gnat reservata sibi tanta pensione, & non alias, aliter, nec alio modo, quo casu pensio est individua, ex quo in minori summa deficit consensus resignantis, & consequenter Papæ super eo fundatus, & sic tunc clausula, dummodo remaneant centum, seu dummodo tantam partem non excedat, causat pensionis nullitatem in totum si excedit, quicquid vellent Nauarrus, d. conf. 13. & Rota in d. Tiburtina, & Hispanen. pensionis loquentes in casu resignationis.

Secundus casus est pensionis t reservatæ super beneficio vacante per obitum, vel alias extra prædictum modum conditionatum, & tunc prædicta clausula non operatur nullitatem pensionis si excedit, sed reductionem ex ratione tacta supra, nu. 417. maxime si est reservata motu proprio, & ita fuit resolutum in vna Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coram D. Gippio, & melius in vna Monopolitana pensionis 17. Maij 1596. coram D. Orano, ubi aliæ Decisiones citantur, ut in decisionibus sequentibus.

Salamantina pensionis 26. Maij.

1593.

⁴²⁴ *Fit reservata pensio cuidam Thoma super beneficio simplici in t Ecclesia Parrochiali sanctorum Iusti & Pastoris cum clausula, dummodo pensio per presentes reservata simul cum aliis, quæ forsan alias assignata existant, duas ex tribus fructuum partibus non excedat, alioquin, si excedat, pensio per presentes reservata pro quantitate ad ipsas duas partes una cum aliis prædictis pensionibus ascendente, persolui non debeant, donec antiquæ pensiones cessaverint. Prouisus Apostolicus dicebat pensionem nullam, ex eo quod fructus beneficij erant adeo tenues, ut ex illis persolui d. pensio non poterat: quapropter cum pensionarius esset in quasi possessione exigendi, occurrit dubium in hoc iudicio petitorio, cui incumbere onus probandi valorem beneficij, ad effectum cognoscendi an dicta pensio sustineri possit, vel non: pro cuius dubij resolutione Domini agitur contra eum qui pensioni consensit, tunc pensionarius non tenetur ad aliquam iustificationem, sed prouisus volens pensionem impugnare, debet sumere onus probandi. Guidobonus Dec. 245. cū aliis deductis in vna Valentina pensionis de anno 1586. coram D. Oriolen. Secundus est casus, quando pensionarius agit contra eum, qui pensioni non consensit, hoc in casu tenetur ipse probare, quia prouisus de iure communi habet intentionem fundatam, quod Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur, unde fit, quod possit dicere pensionem nullam, & inuvalidam, nec quasi possessio exigendi potest suffragari pensionario, nisi respectu solutionis, quæ non retardatur, donec per tres sententias, & rem iudicatam causa fuerit determinata, stante prædicta eius quasi possessione exigendi. Tertius est casus, ubi agitur de probanda aliqua qualitate expressa per viam conditionis, vel modi, ut si pensio reservata sit cum clausula dummodo remaneant centum pro titulari, ut dictum fuit in Paduana pensionis coram D. Rubens, & in aliis causis, ut in decisionibus, quarum copia datur, & tunc licet agatur contra eum, qui pensioni consensit, tamen tenetur pensionarius assumere onus probandi, quia eius intentio fundatur in dispositione conditionali, quæ nisi iustificetur, non releuat illum. leg. si quis sub conditione. ff. si quis omiſſa causa testamenti cum concordant. Non obſtat quod titularis consenserit in positione pensionis, quia consensus huiusmodi intelligitur præſtitus sub eadem conditione sub qua pensio reservata existit, & ita procedunt decisiones in causa*

Verulen. pensionis cum aliis in contrarium citatis. 4. est casus, quando non de nullitate pensionis dari potest, sed agitur super illius reductione, tunc onus probandi incumbit titulari, qui agit, neque ei suffragatur præſumptio iuris, de qua supra dictum fuit respectu maioris, vel minoris pensionis, ut dicitur fuisse resolutum in vna Placentina pensionis coram D. Robuſterio de an. no 1575. a n. Papa non appoſuit conditionem ad effectum, ut illa non verificata pensio in totum nulla reddatur, sed solum, ut ad minorem summam reduci possit, ut clare demonstrat prædicta clausula, dummodo, maxime, quia sub prædicta conditione titularis pensionis consensit, & per plures annos illam soluerit, quapropter si in futurum non vult soluere, debet ostendere esse locum reductioni, præſertim quia pensio reservata fuit in prouisione per obitum in qua non deficit consensus Papæ, qui si voluit reservare maiorem summam, tanto magis, & minorem cum in maiori summa inest minor. l. i. §. si stipulanti. ff. de verb. obligatio. & per Cresc. Decif. 233. alias 17. de rescript. & dixerunt Domini coram me in vna Toletana pensionis 28. Iunij 1591. Quod dicitur de nullitate pensionis in totum, & quod non est reducibilis procedit in resignatione in fauorem, cum clausula non alias vel alio modo, quæ importat conditionem suspensivam, ut deducitur in causa Toletana pensionis. Nec ad rem facit quod titularis agit ad nullitatem pensionis, cum præſentat eam omnis fere fructus beneficij absoluerit, quia eius intentio probata non est, prout probare tenetur. Innocent. & alij in ca. super his. de accusatio. ſcribentes post Bartolum in l. in illa die de verborum obligationibus, propter id, quod pensio non potest dici nulla, sed nexibilis, quod propterea ex istis agitur, conclusum fuit onus probandi Domino titulari incumbere.

Monopolitana pensionis 17. Maij 1596.

Illustri Fr. Fabric. Berius eques Hierosolymitanus a felicis recordationis Gregorio Papa 13. tit. magna crucis decoratus, obtinuerat expectatuum ad prioratum suæ Baiubilatum i. vacaturum: cum autem occurrisset vacatio Baiubilatus S. Stephani, & iuxta religionis stabilimenta Fr. Marcheta, eamquam in Religione eques anticus illum affectus fuisset. S. D. N. cupiens veriusque indemnitati providere, motu proprio præſcriptam sanctorum Guillelmi, & Damiani, cum membro de Berta Papien. in Baiubilatum erexit, eumque sic erectum Fratri Bertio contulit, ulterius ei annuam pensionem 1350. ſcutorum auri in auro super fructibus Baiubilatus S. Stephani, cum clausula etiam si super illo alia pensiones annuæ aliis reservatæ existerent, dummodo omnes inſimul illorum medietatem non excederent, reservando verum, quia vario sub prætextu idem Fr. Marcheda solutionem pensionis præſtare denegabat, ideo lis inter eos coram auditore Camera introducta fuit, & demum in me compromissa. Dubitavi num esset illius solutionis locus in cuius discussione, quia multa proponebatur particulari consideratione digna, propterea visum fuit expediens, quæſtionem ad duo capitula restringere: quorum primum fuit, an pensio esset nulla, quatenus de eius excessu liqueret, vel potius reducibilis: secundum an attendendus esset valor de tempore quo petitur reductio, ita ut pensiones antiquæ interea extinctæ cedant commodo pensionarij, vel potius de tempore reservationis, ita quod obueniant titulari, & quoad primum dominorum, unanimis fuit sententia, pensionem non esse nullam, sed reducibilem. cum enim hæc materia pendeat à voluntate Papæ, nec sit casus pensionis resignanti reservatæ cum clausula non alias aliter nec alio modo, quæ

qua facit pensionem individuum causante illius nullam
 rem in totum iuxta resolutionem factam coram S. D. M.
 in vna Bononiensi pensionis, & in alia Leodien. pensionis,
 coram Oradino, ex quo in minori summa defuit consen-
 sus resignantis, & quia Papa fundatas super consensu
 resignantis, qui multo facilius confectur voluisse illa re-
 servare pensionem minorem reservando maiorem, ut
 loquitur Crescen. Dec. 233. alias 17. de rescrip. sed
 versetur in terminis pensionis reservatae ex causa va-
 cationis per obitum, vel alias extra praemissum conditi-
 onatum modum, procul dubio pensio semper est reducibi-
 lis, quia adest consensu Papae, qui reservando maiorem,
 multo facilius videtur voluisse reservare minorem, &
 consensu titularis, qui accipiendo beneficium cum maio-
 ri pensione confectur etiam multo facilius cum minori pen-
 sione illud accepisse, ut fuit distinguendo praemissos casus
 resolutionum in causa Tolatana pensionis 28. Januarij 1591.
 coram R. P. D. Gispio, & post modum v. alia Salamantina
 pensionis coram eodem, & faciunt decisiones Cas-
 tadori. 4. n. 4. de pensionibus Crescen. 17. de rescrip.
 Putei. 33. l. 1. nec enim ad propositum visa sunt adduci
 decisiones in contrarium allegatae volentes data excusi-
 vitate pensionis illa esse nullam, si quidem ex illis digno-
 sci non potest, quo casu loquantur, unde intelligende sunt
 in casu pensionis conditionaliter reservatae praesertim quod
 pensio de qua queritur fuit reservata motu proprio, quae,
 etiam quod sit excessiva mediocritatis fructuum, est redu-
 cibilis. Romanus. conf. 369. n. 9. & facta in recompen-
 sa, ut commodius se sustentare pensionarius valeret, &
 ne ex dimissione iuris sibi ad Bautilatum S. Stephani
 quodvis minimum dispendium pateretur. Quo vero ad se-
 cundum caput conveniebant Domini in ponderanda ex-
 cessivitate attendendum tempus pensionis reservatae, &
 sic tempus datae eam te, vbi Fel. n. 18. de rescrip. cum
 finis in gratia pura & simpliciter. Fel. in d. eam te.
 nu. 22. pro quo facit regula, quod ad defectum legationis
 attenditur tempus contractus, l. si voluntarie in fine.
 C. de rescinden. v. editione & quod regulariter pen-
 sionis extinctio cedit beneficio titularis tantum, quicquid
 dicendum sit, si adesset reservatarius fructuum, ut fuit re-
 solutum coram Io. Me. D. Budalo in vna Salamantina
 pensionis 18. Martij 1588. nec adversatur quod de di-
 minutione fructuum tradit Gigas de pensio. q. 37. quia
 non est eadem ratio augmenti cum diminutione, nam titu-
 laris tenetur pensionem solvere fructibus, unde cum sit onus
 fructuum, si illi non adsint, solvi non potest. l. si servus §.
 qui quinque de legatis l. l. nomen debitoris §. vni ex
 heredibus. ff. de legatis 3. Fel. in c. ad audientiam, &
 col. 5. vers. 6. conf. de rescrip. Belencinis de charitati-
 o subsidio q. 34. Romanus conf. 369. incipienti circa
 primum propositum consultationis Castren. confil.
 33. 8. incipit quia exceptionis vol. 1. ideoque cessat ratio-
 nis paritas.

416 Nec praedictae distinctioni obstant & fundamen-
 ta primae partis, nam primo satisfit, ex dictis deci-
 sionibus & ratione adducta ad secundum responde-
 tur illud procedere in pensione pure & absolute
 reservata, quae est surreptitia ob maiorem expressio-
 nem valoris beneficii, vel alias quae est nulla in to-
 tum, quia surrepto est individuum, & facit totam gra-
 tiam vitari vbi non est capitulum separatam. Cre-
 scen. d. dec. 17. n. 2.

418 Vnde pensio reservata cum & narratiua quod med-
 dietatem, seu aliam p. fructuum non excedit, si
 excedit, est in totum nulla, & hoc est quod dicit Gi-
 gas. d. q. 9. 3. & 35. n. 2.

419 Vnde etiam magis conuincuntur dictae decisiones
 Crescentij, & Putei, quae loquuntur in pensione

pure reservata cum d. narratiua.

Procederet etiam in pensione & imposita ultra po-
 testatem, & iurisdictione imponentis, quae esset nul-
 la in totum, quoniam imponere pensionem est actus
 iurisdictionis, saltem voluntarij, & iurdictio est in-
 diuidua, & si exceditur, vitatur in totum actus. l. cer-
 ta ratione. C. quando provocare non est necesse. vbi Do-
 ctiores, Francus in regula viile in 6. quinta Fallentia
 Glossa. Bartolus. Alexan. Iason, & alij in l. fin. ff. de iur-
 iisdictione omnium iudicum. & ex quo potest sententia
 Monachi in c. ultimo de penitentiis, & remissio in 6. n.
 2. quam sequitur Domin. ibi. n. 10. Calder. in repetitione
 capiti nostro eodem tit. Alexander de Neno in additio.
 ad Abbat. in c. cum ex eo ad si. eodem tit. de penitentiis
 & remissionib. contra gl. Archid. lo. And. & Francu. nu.
 4. in d. c. ultimo Abbatem supra. Cordubam q. lib. 5. de
 indulgen. q. 14. & Suarez 4. tom. disputatione 55. sectio-
 ne 3. n. 13. & 14. & in proposito ait Gambartus. dylin. lib.
 6. a. num. 7. 12.

Ex quo ibi fundat quod pensio & ultra tertiam par-
 tem fructuum reservata a legato habente facultatem
 illam reservandi vsque ad tertiam partem, est nulla
 in totum, quod tamen nu. 7. 19. recte ait procedere &
 quando constat Legatum voluisse concedere pen-
 sionem ultra tertiam, quia quod potuit, noluit, & c. ut in
 e. cum super de officio delegati. si vero non constat,
 sed re ipsa pensio excedebat, fiet reductio, quia in
 maiori summa inest minor l. 1. §. si stipulati, vbi Bar-
 tolus, & alij ff. de verbor. obligat. & c.

Sed stante quod in primo casu pensionis reservatae
 & resignanti cum d. clausula, pensio est nulla in totum,
 est difficultas, an ille possit redire ad beneficiu, & sit
 restituendus ad pensionem eius?

In qua Rota in vna Senen. & pensionis 12. Januarij
 1596. coram illustrissimo Mantica tenuit partem ne-
 gatiuam, ut in sequenti decisione.

In casu proposito fuit resolutum, neque solutioni pen-
 sionis locum esse, neque restitutioni possessionis ad Parochialem;
 nam, cum reservatio pensionis fuerit facta sub conditione,
 seu modo, dummodo remanerent centum pro Rectore, non
 purificata conditione, seu non impleto modo, rector non po-
 test cogi ad soluendam pensionem nisi is, qui agit, sit in qua-
 si possessione exigendi, Castad. Dec. 1. n. 9. de rescrip. Gi-
 gas de pens. q. 85. n. 10. & sapissime fuit resolutum: un-
 de cum Hieronymus Fantinus agit contra Maximilianum
 successorem in Parochiali, qui non consensit pensionis
 reservationi, nec unquam soluit, debet probare, quod ei
 centum remaneant soluta pensione, ad hoc, ut possit eam
 exigere, quod autem idem Fantinus non sit restituendus
 ad possessionem Parochialis, manifeste apparet, quia huic
 nullitati pensionis ipse consensit, cum in resignatione Paro-
 chialis specialiter fuerit adhibitis eius consensus, sub
 hac conditione, seu modo, pensione reservata, dummodo
 centum remaneant pro Rectore, & in sua remittentib.
 non est ad ea dandus regressus. l. quazitur. §. si vendi-
 tor, ff. de edilitio edicto, cum aliis adductis ab Ancha.
 confil. 339. num. 10. Socin. iun. confil. 77. l. 1. Cravetta.
 confil. 114. nu. 10. & ideo debet probare pensionem fuisse
 nullam, ex aliis capitibus, ut ad Parochialem, quam
 resignavit sub pretexto valide pensionis, postea restitui, &
 in his terminis procedit Putei dec. 145. n. 2. l. 1. & R. P.
 D. mei Orani in Illerden. Canoniciatus 27. Novem. pro-
 xime praeteriti, cum aliis allegatis. Praeter ea ex abundantia
 domini dicebant ipsum Fantinum non esse restituendum,
 quia non dimisit Parochialem in sua sponte, sed per decre-
 tum appositum in provisione ipsius ad Canoniciatum, &
 Praebendam, nam fuit dictum, ut infra duos menses di-
 mitteret possessionem ipsius Parochialis, alias utrumque

Beneficium vacet ipso iure; unde cum de reum irritant appositum super: certo corpore Beneficij lapso tempore praestituto ad dimittendum inficit titulum, & possessionem, Putens decis. 50. n. 2. l. i. non potest dari restitutio, Rota dec. 2. de restit. spoliatorum in antiquis, Peregr. dec. 7. l. i. cum tu discoloratus non possit sufficere ad restitutionem in spolio, in quo requiritur tu saltem coloratus Putens decisione 99. n. 7. cum seq. li. r.

436 At ista decisio non videtur tuta, nam quamvis resignans acceptando reservationem pensionis cum dicta clausula, dummodo remaneat centum pro Rectore & adhibendo consensum tali resignationi, consentiat nullitati pensionis, si non remaneant d. centum, non tamen consentit, quod resignatio maneat valida, quinimo vult contrarium, cum resignet reservationem sibi valide dicta pensione, & non alias aliter, nec alio modo.

437 Et alias si resignatio maneret valida, & etiam si non remaneret d. centum pensio non esset nulla in totum, sed reducenda, ex quo in resignante, qui non poterat redire ad beneficium, non deficiebat consensus ad minorem summam, & sic destruerentur praefatae decisiones, & aliae multae.

438 Vnde in praedicta difficultate contrarium tunc tenit Rota in vna Arcina Plebis, 4. Decembr. 1600. coram illustrissimo D. Millino, vt in sequenti decisione.

Perebat Dionysius coram me executionem literarum reservationis pensionis centum ducatorum sibi constituta, ex causa resignationis, est ius Parochialis in fauorem Bart. & quia ipso Bar. opponente fuerat resolutum, quod contra eum, qui consenserat pensionis impositioni, non poterat procedi executiue, sine iustificatione literarum, & quod clausula, dummodo remaneant centum ducati liberi Rectori, pro tempore, existenti non erat iustificata, intentauit actionem spolij, & probatis extremis, & tit. colorato petebat restitutionem ad possessionem Parochialis, & ideo dubitauit, an ei esset danda restit. in spolio, & domini consenserunt ei competere actionem spolij fundamentum resolutionis fuit, quia resignatio Dionysii in qua sit potissimum fundamentum, pro exclusione spolij, est condicionalis reservata sibi valide Pensione centum ducatorum, & non alias aliter, nec alio modo, & ideo, si pensio non est ei valide & irrevocabiliter acquisita, est etiam nulla resignatio, ex defectu consensus, & competit actio spolij, Moberdanus decis. 84. non obstat, quod hodie stante constitutione Gregoriana non competit amplius resignanti, actio spolij, nisi doceat de publicatione quia omissa hac inspectione, an per hanc constitutionem fuerit subacta actio spolij, non docto de publicatione, fuit per duos responsus, quod illa constitutio non habet locum in hoc casu, cum resignatio sit condicionalis & nulla ex defectu consensus, vt fuit resolutum in causa Brixien. Parochialis, 10. May 1589. coram illustrissimo Cardinali Plato, & in causa Vercellen. Canonica, 23. Ianua. 1598. coram D. Corduba, & nouissime in causa Hispanen. & Corduben. testimoniorum coram R. P. D. Lanceloto, placuit etiam dominis, aliud fundamentum, quod resignatio fuit nulla, quia in ea non fuit facta mentio, quod Dionysius fuit ordinatus ad tit. istius Parochialis, iuxta dispositionem Concilij Trident. c. 2. sess. 21. & hanc expressionem S. Congreg. illustrissimum Cardinalium illius interpretum censuit requiri pro forma, & non sufficere ad implementum per equipollens, & expressio, quod sibi remanebat, unde videretur, non est sufficiens, quia ex hoc non inferitur ad scientiam Papae, quod Dionysius esset ordinatus ad tit. istius Parochialis.

439 Et vide decis. t. Valentini infra adductam, 514.

In casu tamen d. decisionis Senen. quando Beneficium resignatum debeat vacare per ascensionem alterius incompatibilis, quod tempore resignationis iam obtinebat, vel postea obtinuit, etiam seclusa decreto de dimittenda, non videtur danda restitutio resignanti ad Beneficij resignati possessionem saltem hodie stante Concil. Trid. quicquid antea esset, ex quo aduersus dispositionem illius non censetur tit. coloratus, vt in terminis Reg. de triennali censuit S. Cong. in declaratione infra adducta. 11. p. c. 5. nu. 379. nisi qui postea obtinuit alterum Beneficium incompatible, iuste tunc ignoraret nullitatem pensionis, & resignationis, & sic non vacaret primum arg. c. gratia, de rescript. in 6.

In alio etiam casu non competeret restitutio resignanti, nempe, quando ipse fuit in culpa, quia sciens non habere locum tantam pensionem, sic resignat iuxta dicta infra. 11. parte capituli tertio a numero 36.

§. 4.

Quomodo in causis pensionum sit procedendum.

S Y M M A R I A.

Quomodo in causis pensionum sit procedendum, & narrata in gratia pensionis debent verificari per pensionarium, maxime parte apponentes n. 442. Refertur quaedam decisio Rota Salamantina pensionis, 18. Apr. 1572 coram D. Lanceloto, n. 443. 444. Decisio Rota Firmana pensionis, 6. Ianua. 1582. coram D. Blanebeto, n. 445. Pensionarius existens in quasi possessione exigendi non tenetur in possessorio ostendere conditionem reservationis, nec verificare clericatum, & alias qualitates, & refertur decisio Rota, n. 446. Exceptio nullitatis pensionis non obstat in possessorio, nec est necessarium verificare conditionem positam in reservatione pensionis, & refertur decisio Rota, n. 447. Litera reservationis pensionis, quando agitur contra successorem in Beneficio non consentientem reservationi, debet iustificari, n. 448. & refertur decisio Rota, n. 449. Quasi possessor exigendi pensionem acquiritur per unum actum solutionis, num. 450. etiam si sit facta metu censurarum, & refertur decisio Rota, n. 451. nisi sit facta protestatio, & quod soluit metu censurarum, numer. 452. Ad hoc vt sit locus mandato de manutenendo in possessione, necessarium est ante omnia constare de existentia literarum reservationis pensionis, postea de quasi poss. refertur decisio Rota, n. 453. & concordantur duae de is. Rotaes, n. 454. In petitorio, quando agitur de nullitate pensionis debet fieri per pensionarium verificatio etiam si sit in poss. exigendi n. 455. Gratia pensionis iustificari debet, quando non agitur contra eum qui pensioni consensit, sed successorem, & refertur decisio Rota, n. 456. Quando agitur de nullitate pensionis, pensionarius tenetur iustificare suam gratiam maxime ubi pensio fuit reservata, sub conditione aliqua, veluti, dummodo non excedat tantam partem, vel alia consimili, n. 457. & 458. & refertur circa hoc decisio Rota, n. 459. Litera pensionis, & reservationis fructuum, siue modum siue conditionem contineant, iustificandae sunt, maxime, quando in eis initio pensionarii fundatur, n. 460. Pensio-